

Band III., Nr. 932, Seite 435

Der Abt Friedrich von Lorch und sein Konvent verleihen dem Ritter Ulrich von Merkingen ihre Hube zu Fach gegen zwölf Pfund Heller auf dessen Lebenszeit.

Ohne Ortsangabe, 1239. (September bis Dezember.)¹

Fr(idericus), dei gratia Laureacensis abbas, totusque eiusdem ecclesie conventus omnibus huius litere inspectoribus tam presentibus quam futuris rei geste noticiam. Ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scripto nec voce testium eternantur. Inde est quod notum facimus universis tam presentis evi quam futuri, quod nos mansum nostrum situm in Vache domino Vlrico militi de Merchingen² sub tali pacto pro XII libris hallensium concessimus, quod ipse eundem mansum ad suam dumtaxat vitam habere debet. Post mortem vero ipsius nec uxor sua nec pueri sui nec quisquam heredum suorum quidpiam iuris in ipso mansu habeant, set libere ad nostram redeat ecclesiam. Ut autem huius tractatus cognicio indubitata conservetur, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Huius rei testes sunt: dominus Rūdolfus Haco, Hainricus scolasticus in Lorche, Waltherus frater dicti Vlrici militis, Waltherus scultetus in Gamundia, Bertholdus Shopo, Sifridus et Waltherus filii Epponis, Kogelinus et filius suus Cunradus, Vdelhardus, Eberwinus, Reinboldus Vaener, cives in Gamundia et alii quam plures.
 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. XXX^o. VIII^o., indictione XIII., sub Gregorio papa VIII^o., regnante serenissimo Friderico imperatore feliciter. Amen.

Der Textabdruck folgt dem Original.
 Die Urkunde ist innen auf dem vorderen Deckel des sog. *Roten Buches* von Lorch eingeklebt, deren Siegel verloren.

¹Der Indiktion zufolge kann die Urkunde nicht vor 1239 Sept. ausgestellt worden sein.

²Dorf- und Weilermerkingen.

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

War in dem 1944 durch Fliegerangriff verschmorten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 175 (Rotes Buch) auf der Innenseite des vorderen Deckels eingeklebt.

Regesten:

Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 12, S. 5, Nr. 6.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Friedrich; Abt von Lorch

Ortsindex:

Dorfmerkingen Wohnplatz (4695)
 Dorfmerkingen, Neresheim, AA
 Fach Wohnplatz (4746)
 Fach, Obergröningen, AA
 Kloster Lorch Wohnplatz (4658)
 Kloster Lorch, Lorch, AA
 Schwäbisch Gmünd Wohnplatz (4879)
 Schwäbisch Gmünd, AA
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Weilermerkingen Wohnplatz (4722)
 Weilermerkingen, Neresheim, AA